AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

INDEX
SCHOLARVM HIBERNARVM

PVBLICE ET PRIVATIM

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI

INDE A DIE XVIII M. OCTOBRIS VSQVE AD DIEM XXI M. MARTII A. MDCCCLVIIII

HABENDARVM

AVCTORITATE

PRORECTORIS MAGNIFICI

HENRICI LVDENII

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS ET PROFESSORIS P. O.

ET

SENATVS ACADEMICI

EDITVS.

PRAEMISSVM EST

C. GOETTLINGII COMMENTARIOLVM

DE VENENO STYGIS QVOD ARISTOTELES FERTVR MISISSE ALEXANDRO.

IENAE

PROSTAT IN LIBRARIA BRANIANA.

Fontem Stygis Arcades dicebant rivulum quendam aquae frigidissimae, qui ex rupe prope Nonacrim et Lusos oppida defluebat venenique instar, si biberetur, noxam afferret hominibus, omniaque perroderet exceptis vel equorum vel mularum ungulis. Hanc aquam fuerunt qui Aristotelem misisse dicerent Alexandro Magno, ut ea interimeretur, inclusam vase ex ungula vel asini vel mulae confecto. Quam tamen fabulam de Aristotele Alexandri venefico post Plutarchum (vit. Alex. 77.) omni fide carere exposuerunt A. Stahrius (Aristotel. I. p. 137.) et I. G. Droysenius (Gesch. des Hellenismus I. p. 705.). Nos unum addimus ad quod non satis attenderunt. Atque ungulis mularum, ut iis venenum contineretur, usos fuisse eos qui Alexandrum Magnum interempturi erant auctor est Plinius H. N. XXX, fin. *Vngulas tantum mularum repertas neque aliam ullam materiam quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum id dandum Alexandro magno Antipater mitteret, dignum memoria est, magna Aristotelis infamia excogitatum.* Quae verba an demonstrare possint Plinium fidem habuisse rumori, de Aristotele circumlato, admodum dubium est. Mihi significare videntur excogitatam fabulam esse, ut Aristoteli magna crearetur infamia. Longe alia, non de *ungulis* sed de *cornibus* asinorum quorun-

dam, tradiderunt Stobaeus Ecl. phyſ. LII. 48. T. II. p. 1017. Heeren. et Aelianus Hiſt. Anim. X, 40., quorum ille ad Philonis Heracleotae auctoritatem rem refert. Aelianus igitur ita: *'Εν τῇ Σκυθίᾳ γῇ γίνονται ὄνοι κερασφόροι καὶ στέγει τὰ κέρατα ἐκεῖνα τὸ ὕδωρ τὸ 'Αρκαδικὸν τὸ καλούμενον τῆς Στυγός, τὰ δ' ἄλλα ἀγγεῖα διακόπτει πάντα κἂν ᾖ σιδήρου πεποιημένα. Τούτων τοι τῶν κεράτων [ἓν] ὑπὸ Σωπάτρου κομισθῆναί φασιν 'Αλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι καὶ ἐκεῖνον πυνθάνομαι θαυμάσαντα εἰς Δελφοὺς ἀνάθημα ἀναθεῖναι τῷ Πυθίῳ τὸ κέρας καὶ ὑπογράψαι ταῦτα·*

Σοὶ τόδ' 'Αλέξανδρος Μακεδὼν κέρας ἄνθετο, Παιάν,
Κάνθωνος Σκυθικοῦ χρῆμά τι δαιμόνιον,
Ὃ Στυγὸς ἀχράντῳ Λουσηίδος οὐκ ἐδαμάσθη
Ῥεύματι, βάσταξεν δ' ὕδατος ἠνορέην.

Hoc vero epigramma quid commune habet cum Ariſtotele, quid cum veneno Alexandro ab Antipatro dato? Nihilominus tamen miro artificio id effecit Buhlius (Vita Ariſtot. in Encyclop. Halenſi T. V. p. 277.), ut non ſolum de Antipatro ſed etiam de Ariſtotele hic ſermo eſſe videretur. Scribendum enim cenſet *'Αντιπάτρου* pro *Σωπάτρου* apud Stobaeum et Aelianum adeoque caecus fuit ut non videret ipſum Alexandrum, ſi ita ſcribatur, illud cornu Scythici onagri Apollini delphico dedicaſſe, morte ſcilicet ſua ſuperſtitem. Ita enim ille: „Dasjenige Horn, worin es von Iollas, dem Sohne Antipaters, wirklich nach Babylon gebracht worden, ſoll in der Folge im Tempel zu Delphi niedergelegt ſeyn und es findet ſich ein Epigramm darauf in der griechiſchen Anthologie.“ (Anthol. Palat. Iacobſ. T. II. p. 860.). Neque aliter A. Stahrius (Ariſtotel. T. I. p. 142.): „Das Horn, in welchem das Gift enthalten geweſen, wollten Spätere (ego vero neminem novi praeter Buhlium qui hoc dixerit) ſogar aufbewahrt im Tempel zu

Delphi geſehen haben, und ein darauf bezügliches Epigramm findet ſich in Brunck's Analecten (T. III. p. 182.).“ Igitur Buhlius epigramma quaſi ſomnians legiſſe cenſendus eſt, Stahrius ne legiſſe quidem. Ille autem Sopater Alexandri aequalis, quem eliminare conatus eſt Buhlius, quis fuerit, diſcimus ex Athenaeo II. p. 71., ubi Paphius dicitur; idem ille fuit, qui ab eodem Athenaeo III, p. 86. IV, p. 158. *ὁ φάκιος παρῳδὸς* et III, p. 86. XIV, p. 644. *ὁ φλυακογράφος* dicitur.

Ceterum quod Aelianus X, 40. de aſino Scythico cornuto eiusque cornibus narravit explicatur aliis locis III, 41. et IV, 42., ubi legitur apud Indos inveniri aſinos unicornes, ex quorum cornibus fingantur pocula, quibus homines utantur tanquam antidotis. Quodcunque enim venenum in tale vas infuſum innoxium fieri bibentibus putabant. Igitur ſimile poculum, de quo Sopater, quum dono daret Alexandro, narraverat venenum adeo Stygis, ſi infunderetur, nihil officere hominibus, Apollini medico (*Παιᾶνι*) dedicaſſe regem veriſimile eſt. Apollo enim, Aeſculapii pater, ipſe erat artis medicae praeſes (v. Ariſtoph. Plut. 11., Avv. 584.). Sed de ipſo veneno Stygii fontis, quod non eſt venenum, comparandus erit O. a Stackelberg amicus noſter, qui in libro: La Grèce. Vues pittoresques et topographiques. Paris 1834, p. 23. ita: „Cette planche représente la chute du Styx, sur le mont Chalmos, vue de près. De nombreux sommets de rochers nues forment un groupe de formes singulières et bizarres. Une grande roche escarpée s'élève comme un mur, et de son bord surgissent trois sources qui se réunissent pour former le Styx qui se précipite en deux cascades de cette hauteur, et, dans sa chute, se dissipe comme une poussière humide avant de tomber à terre. Il y avait bien là de quoi lui attribuer toutes sortes de qualités surnaturelles, qui devaient d'autant plus s'accréditer qu'il était impossible de s'éclairer à cet

égard quoique la tradition rapportait que l'eau même du Styx était un poison mortel. Bronstedt et moi nous sommes les premiers qui ayons visité les sources de ce fleuve fameux: après avoir gravi péniblement et avec les plus grands dangers, à travers les champs de neige qui couvrent la gauche du rocher, nous renplîmes chacun une bouteille à la source même, et nous les emportâmes. A notre retour dans notre patrie je portai la mienne en Russie et mon compagnon de voyage la sienne à Copenhague. Dans cette dernière ville on soumit cette eau à des analyses chimiques qui prouvèrent qu'elle était aussi pure et aussi limpide que toute autre eau de source de roche. Néanmoins la tradition qui lui prête des effets si funestes existe encore parmi les bergers de la contrée et notre guide nous assura que les chèvres et les hommes qui en buvaient tombaient malades et mouraient. Ce résultat peut être expliqué d'une manière assez naturelle: cette source, à cause de la grande élévation où elle se trouve, est d'un froid glacial, et il n'est pas surprenant qu'elle ait donné la mort à des hommes ou à des animaux qui en auront bu étant échauffés, ce qui a dû arriver assez souvent dans un climat aussi chaud que celui de la Grèce."

Videmus igitur Ariſtotelem, qui ipſe fuerat pharmacopola, ſi veneno interimere voluiſſet alumnum ſuum, ſine dubio uſurum fuiſſe longe periculoſiore medicamine quam aqua Stygis eſt, quae, niſi illico forte bibatur a ſudantibus, nemini nocet.

LECTIONES

I. ORDINIS THEOLOGORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

ANDR. THEOPH. HOFFMANN, D., h. t. Decanus, *privatim* 1) *Hiſtoriam Novi Teſtamenti* (vulgo *Iſagogen in libros Nov. Teſt.* nominatam) adiectis *criſeos* et *hermeneutices N. T. elementis* tradet VI dd. hor. XI et 2) Curſum interpretationis LL. *Veteris* Teſt. denuo inchoaturus *Geneſeos* librum exponet V dd. hor. II. *Publice* autem a) in *Indicis* ſcholis *Ramayanae* et *Mahabharatae* epiſodia de *Sitae raptu* et *de Amba* explicabit binis per hebd. lectionibus et b) in ſcholis *Semiticis* linguam *Aethiopicam* docebit duce *Dillmanno* bis per hebd. hora auditoribus commoda. *Seminarii* denique *theologici exercitationes* una cum collegis SS. VV. ſolito more moderari perget.

CAROLUS AUGUSTUS HASE, D. curſum Hiſtoriae eccleſiaſticae denuo auſpicaturus *Ieſu Chriſti Vitam* enarrabit *privatim* dd. ſenis h. X, *publice* horis veſp. VIII et IX die Iovis *Seminarii theologici exercitationes* una cum collegis S. VV. moderari perget.

IO. CAR. ED. SCHWARZ, D. *privatim artem homileticam et liturgicam* tradet quinis diebus h. XI—XII. *Publice exercitationes ſeminarii homiletici* die Merc. h. XII, *catechetici* die Sat. h. XI moderari perget ita ut cum illis *exercitationes liturgicae* coniungantur.

LEOPOLDUS IMMANUEL RÜCKERT, D. *privatim* 1) *Iohannis evangelium* et *epiſtolas* illuſtrabit ſen. dd. hora VIII; 2) *Theologiam dogmaticam* per-

tractabit assumpto in subsidium *Grimmii* V. S. V. libro: Institutio theol. dogm. cet. sen. dd. h. IX et binis dd. (Lunae et Iovis) h. VI vespertina. Praeterea *Seminarii theologici* exercitationibus operam navabit una cum Collegis VV. S. VV.

CAROL. LUDOV. WILIBALDUS GRIMM, D. 1) *privatim* in cursu interpretationis N. T. *epistolam Pauli ad Romanos* atque *epistolam Hebraeis* inscriptam explicabit sexies p. h. hor. VIII—IX; 2) *privatissime* scholas *examinatorias* ad *theologiam dogmaticam historiamque dogmatum* spectantes habebit *sexies* p. hebd., quinis diebus hor. VI—VII vesp. ac diebus Saturni hora commilitonibus commoda.

2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

ADOLPHUS HILGENFELD, Lic. Th., D. Ph., *privatim* 1) *Theologiam biblicam* docebit quotidie h. IX; 2) *Historiae ecclesiasticae partem priorem* enarrabit quotidie h. X.

CAROLUS ALBERTUS VOGEL, D. *privatim Historiam dogmatum christianorum* quinquies p. hebd. hor. IV—V et *historiam papatus* ternis diebus hora XII—I enarrabit. *Privatissime sed gratis epistolas Iacobi, Petri et Iudae* bis per hebdomadem h. XII—I interpretabitur, qua cum interpretatione exercitationes exegetico-homileticas coniunget.

II. ORDINIS IURECONSULTORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

CAR. IUL. GUYET, D., h. t. Decanus, 1) *Artem ex actis iudicialibus referendi* ter per hebd. dieb. Lunae, Mercurii et Veneris h. XII—I docebit; 2) *Exercitationes iuris civilis* s. *Pandectarum* bis per hebd. dieb. Lunae et Iovis hora VI—VII instituet; 3) *Theoriam process. concursus publice* die Sat. hora X—XI explicabit.

A. L. I. MICHELSEN, D. *privatim* quinquies per hebd. hora IX—X *Ius ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum*; hora X—XI *Ius publicum et universale et Germanicum* docebit. Exercitationes *seminarii politici* solito more moderari perget.

HENR. AEMIL. AUG. DANZ, D. explicabit 1) *privatim Institutiones iuris Romani* sexies per hebd. h. XI—XII; 2) *publice* tractabit *De ordine iudiciorum privatorum apud Romanos* horis adhuc definiendis bis per hebd.

HENR. LUDEN, D. *privatim* 1) ternis diebus hor. XI—XII *Processum criminalem;* 2) sexies per hebd. h. XII—I *Ius criminale* tam *commune* quam *particulare* explicabit.

BURCARD. GUILIELMUS LEIST, D. *privatim* docebit 1) *Pandectas* sexies p. h. hora X—XII; 2) *Ius hereditarium* quinquies hora III—IV.

CAR. GUIL. ERN. HEIMBACH, D. *Ius privatum Saxonicum* et *processum civilem Saxonicum* hora II pomeridiana libros a se editos: *Lehrbuch des particulären Privatrechts der zu den OAGerichten zu Jena und Zerbst vereinten Staaten. und Lehrbuch des sächsischen bürgerlichen Processes*, secuturus docebit,

THEOPH. CHRIST. SCHÜLER, D. *Doctrinam processus criminalis* explicabit h. VIII antemerid. quater per hebd.

2. PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

FRIDERICUS DE HAHN, D. lectiones de *iure Germanico privato* et de *iure mercaturae* indicabit, quum Hamburgo redierit, quo a Serenissimis Principibus missus est, ut concilio interesset, cui legum de iure maritimo ferendarum recognitio commissa est.

3. PRIVATIM DOCENTIUM.

HERMAN. ORTLOFF, D. *privatim* 1) *Ius criminale tam commune quam particulare* quotidie hora VIII—IX; 2) *Doctrinam processus civil. german. commun.* quotidie hora XI—XII explicabit; *privatissime* sed *gratis* semel per hebd. *Exercitationes criminales* instituet.

GUIL. LANGENBECK, D. tradet hora XII—I *Ius criminale* tam *commune* quam *particulare* quinquies per hebdom.; hora IX—X *Doctrinam processus civil. german. commun.* sexies per hebd.; hora X—XI *Encyclopaediam et methodologiam iuris* quater per hebd.; hora XI—XII *Theoriam processus criminalis* ter p. hebd.

III. ORDINIS MEDICORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DITERICUS GEO. KIESER, D. *privatim* tradet *Pathologiam* et *Therapiam tam generalem quam specialem morborum psychicorum*, ad librum suum: *Elemente der Psychiatrik, Bonn* 1855, coniunctam cum *Exercitationibus psychiaterico-forensibus*, ternis per hebd. diebus hora XII—I.

F. RIED, D., h. t. Decanus, 1) *Chirurgiam theoreticam*, tam *generalem* quam *specialem*, docebit, quotidie hora VIII—IX; 2) *Scholas clinicas chirurgicas* habebit quotidie hora IX—X.

M. I. SCHLEIDEN, D. tradet *privatim* 1) *Pharmacognosiam* quinquies per hebd. h. VIII—IX. *Publice* 2) *Anthropologiam* diebus Lunae, Martis, Mercurii et Iovis hora XII—I. *Privatissime* 3) *Exercitationes phytotomicas* moderari perget.

RUD. LEUBUSCHER, D. differet *publice* 1) *De morbis cerebri et medullae spinalis* horis definiendis. *Privatim* 2) *De pathologia et therapia speciali* (part. III) sexies per hebd. hora X—XI; 3) *Clinicen* et *policlinicen medicam* habere perget more solito in nosocomio Magniducali hora XI—XII.

XAVER. SCHOEMAN, D. *privatim* docebit *Medicinam forensem* quater per hebd. hora III—IV.

2. PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

CAROLUS GEGENBAUR, D. tradet *privatim* 1) *Zoologiam*, quinquies per hebd. hora I—II; 2) *Histiologiam*, demonstrationibus microscopicis perlustratam bis per hebd. hora vesp. VI—VIII.

3. PRIVATIM DOCENTIUM.

HENRICUS SUCKOW, D. ex itinere redux scholas indicabit.

L. SCHILLBACH, D. leget 1) *Pathologiam* et *therapiam morborum oculi et auris* quater p. hebd. hor. XII—I *privatim*; 2) *Cursum ophthalmoscopicum* bis p. hebd. *privatissime*; 3) *Repetitorium chirurgiae* quater per hebd. *privatissime*.

F. SIEBERT, D. leget 1) *Anatomiam pathologicam* quinquies per hebd. hor. II—III; 2) *De morbis infantum* ter per hebd. hor. adhuc defin. *publice*.

IV. ORDINIS PHILOSOPHORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

CAR. GUIL. GOETTLING, D. *privatim* tradet 1) *Grammaticam linguae graecae* quinquies p. hebd. hor. VI vesp.; 2) *Sophoclis Antigonam* interpretabitur hor. IX. Exercitationes seminarii philologorum moderabitur hor. V.

FRID. TH. SCHULZE, D. *privatim Oeconomiam nationalem* duce libro suo: *Nationalökonomie oder Volkswirthschaftslehre für Land- Forst- und Staatswirthe (Leipzig, Georg Wigand* 1856) hora IX quaternis diebus exponet; *privatissime* vero in schola georgica: 1) *Agriculturam* hora XI; 2) *praediorum aestimationem* horis adhuc definiendis docebit, nec non *Exercitia ad agriculturam discendam pertinentia* moderari perget.

CAROLUS SNELL, D. tradet *privatim* 1) *Mechanicam analyticam* quinquies p. hebd. hora XI; 2) *Geometriae sublimioris* partem *alteram* quinquies per hebd. hora XII.

IO. GUST. STICKEL, D. *privatim* 1) *Iobum* interpretabitur quinquies per hebd. hora II—III, 2) *Antiquitates biblicas* addita *Historia Hebraeorum antiquiori* et *Geographia sacra* quinquies hora IV—V exponet; *publice* 3) *Elementa linguae Arabicae* bis p. hebd. docebit et 4) *Seminarium suum Orientale* moderari perget.

IO. GUST. DROYSEN, D. 1) *privatim historiam aevi nostri* inde ab anno h. s. XIV enarrabit quinis p. h. lectionibus hora IV—V; 2) *publice exercitationes societatis historicae* moderabitur.

CAROLUS NIPPERDEY, D. *privatim* 1) *Antiquitates Romanorum publicas* exponet, quaternis diebus, hor. XI; 2) *Ciceronis orationem pro Sestio* enarrabit, trinis diebus, h. XII; 3) *publice* sodales seminarii philologici in interpretando *Thucydide* exercebit, singulis diebus, h. V.

CAR. GOTTH. LEHMANN, D. *Chemiam organicam* senis dd. h. VIII matut. docebit *privatim*; *Chemiam et physiologiam forensem* quat. dd. hor. II *privatim*; *Exercitationes in experimentis chemicis et chemico-physiologicis* quinis dd. inde ab h. IX matut. ad XII et ab h. II pomerid. ad V moderabitur *privatissime*.

ERNESTUS SCHMID, D. docebit *privatim* 1) *Petrographiam* et *geologiam generalem* quaternis per hebd. dd. h. XII—I; 2) *Geographiam comparativam* imprimis *physicalem* quaternis p. hebd. dd. h. III—IV; 3) *privatissime exercitationes crystallographico- et chemico-mineralogicas* in laboratorio musei mineralogici habendas cupientibus offert.

ERNESTUS FRIDERICUS APELT, D., h. t. Decanus, *privatim* tradet 1) *Historiam philosophiae* quater per hebd. hora III—IV; 2) *Metaphysicam* et *Philosophiam Religionis* quater per hebd. h. V—VI; 3) *Conversatorium philosophicum* commilitonibus offert.

CUNO FISCHER, D. 1) *privatim Philosophiae antiquae et recentioris historiam* ab initiis usque ad nostrum saeculum explicabit, quinquies per hebd. dd. Lunae, Mart., Merc., Iov., Ven. h. III—IV; 2) *privatim Aestheticen* docebit, quater per hebd. dd. Mart., Merc., Iov., Ven. hora adh. definienda; 3) *publice Philosophiae recentissimae historiam* tradere perget, bis per hebd. dd. et hor. adh. defin.

CAR. HERM. SCHEIDLER, D. tradet *publice Hodegeticam*, duce libro suo: *„Grundlinien der Hodegetik oder Methodik des akad. Studiums und Lebens, 3. Aufl. Jena* 1847, *b. Cröker,*" bis per hebd. hor. adh. defin.; *privatim* 1) *Ius naturae* ter p. hebd. h. V—VI, adhib. libb. ss.: *„Ueber die verschiedenen Ansichten des sog. Naturrechts*, *Jena* 1846 *b. Hochhausen*", *„Deutscher Juristenspiegel, Jena* 1842 *b. Cröker*", et *„Propädeutik d. pract. Philos.*, *Jena* 1851 *b. Bran*"; 2) *Paedagogiam nationalem*, *popularem* (uti vocatur) et *politicam* (*National- Volks- und Staatspädagogik*) ter p. hebd. hor. X—XI.

GUSTAV. SUCKOW, D. *publice* ter per hebd. hor. XII—I *Encyclopaediam et methodologiam physicam* h. e. doctrinarum naturalium orbem, argumentum discendique rationem tradet; *privatim* exponet 1) quinquies per hebd. hora VIII—IX *Mineralogiam et Geognosiam generalem*; 2) quater per hebd. hor. XI—XII *Technologiam mechanicam et chemicam* una cum demonstrationibus et in opificum officinis et in laboratorio suo instituendis.

GUST. EDUARD. FISCHER, D. *privatim* docebit 1) *Politicam* quinis diebus hora II; 2) *Statisticam generalem* quinquies per hebd. hora VI. Exercitationes *seminarii politici* die Martis hh. vesp. VIII—X moderari perget.

CAROLUS VOLKMAR STOY, D. 1) *privatim* tradet *Paedagogicam* cum generalem tum specialem, quater p. hebd. hor. V—VI; 2) *Seminarii paedagogici exercitationes* consueto more moderari perget.

AUGUSTUS SCHLEICHER, D. *privatim* 1) tradet *Grammaticam comparatam linguae latinae*, ter per hebd. hora X; 2) *Nibelungica* interpretabitur, ter p. h. hor. X.

2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

LUD. SCHRÖN, D. *privatim* 1) *Elementa mathesis purae* quinis diebus hora X—XI; 2) *Goniometriam* et *Trigonometriam* planam et sphaericam quater per hebd. hora I—II et *privatissime* 3) *Astronomiam practicam* vel usum instrumentorum atque reductionem (quae dicitur) hora VI—VII vesp. docebit.

CHRIST. ED. LANGETHAL, D. *privatissime* 1) *Mineralogiam et Geognosiam ad rem rusticam applicatam* hora VIII—IX; 2) *Climatologiam*; 3) *Agriculturam* h. V—VI; 4) *Historiam Germaniae naturalem agri et plantarum culturae applicatam* scholae georgicae sodalibus tradet; 5) *publice Historiam oeconomiae* inde ab anno 1800 hora posthac defin. docebit.

GUIL. FR. WILIBALD. ARTUS, D. docebit *privatim* 1) *Chemiam generalem* duce libro suo: „*Lehrbuch der Chemie* 2. *Aufl. Leipz.* 1851“ hora VIII—IX; 2) *Pharmaciam* una cum *Pharmacognosia artemque formulas medicas concinnandi et praecipue praeparandi* ducibus libris suis: „*Receptirkunst*, 2. *Aufl. Braunschweig* 1857“ et „*Pharmaceutische Chemie*, 3. *Aufl. Weimar* 1858“ hora adhuc definienda; 3) *Technologiam chemicam* hora commilitonibus commoda; 4) *Fundamenta agriculturae chemica* hora adhuc definienda interpretabitur; 5) *privatissime Exercitationes chemicas* in laboratorio suo moderari perget.

CAROLUS FORTLAGE, D. *privatim Psychologiam* docebit duce libro suo: „*System der Psychologie als empirischer Wissenschaft*“ (*Leipzig, Brockhaus* 1855) quater per hebd. hora III.

IO. ERNEST. LUD. FALKE, D. *privatim Pathologiam* et *Therapiam hominis* atque *animalium domest. comparativam*, duce libro suo: „*Handbuch aller etc. Krankheiten der Hausthiere, Erlangen* 1858“; *privatissime* 1) *Anatomiam et Physiologiam anim. d.*; 2) *Theoriam artis ungulas iumentorum calceandi* docebit et 3) *Operationum veter.-chirurg.* cursum moderabitur.

HERMANNUS LUDWIG, D. *privatim* tradet 1) *Pharmaciam*, duce potissimum Pharmacop. borussic., quinquies per hebd. hor. XI—XII; 2) *Scholas chemicas practicas* hora IX—XII (etiam horis pomeridianis) in laboratorio instituti chemico-pharmaceutici *quotidie* moderabitur; *privatissime* in instituto chemico-pharmaceutico docebit 3) *Phytochemiae* part. priorem una cum *Pharmacognosia chemica* quater per hebd. diebus Lunae, Mercurii et Iovis hora II—III et Saturni die hor. XI—XII; 4) *Exercitationes analytico-chemicas* et *chemico-pharmaceuticas* in laboratorio chemico diebus Martis et Veneris hora I—III moderari perget. Conventus *societatis pharmaceutico-physicae Ienensis* die Lunae agentur.

C. I. P. HERM. SCHAEFFER, D. docebit *privatim* 1) *Stereometriam et Trigonometriam planam et sphaericam* quaternis diebus hora V—VI; 2) *Analysin algebraicam* quater per hebd. hora III—IV; 3) *Physicen experimentalem* sexies per hebd hora X—XI; *publice* 4) *de Electricitate*, in rebus technicis adhibenda, die Mercurii hora VI—VII; *privatissime* sed *gratis* 5) *Exercitationes mathematicas* hora posthac definienda moderabitur.

MAURICIUS SCHMIDT, D. *privatim* 1) *Historiam Graecarum literarum* tradet quinquies per hebd., diebus Lun. Mart. Merc. Iov. Vener. h. IX—X; 2) *Aeschyli Supplices* interpretabitur diebus Lun. Mart. Iov. h. III—IV. 3) *Publice Palaeographiam* docebit binis diebus, Merc. Saturn. h. XII—I.

CONSTANTINUS ROESSLER, D. *privatim Philosophiam religionis* docebit quater per hebdomadem; diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, hora XII—I.

3. PRIVATIM DOCENTIUM.

ALEXANDER SCHNETGER, D. *Historiam dramatis in Germania* tribus horis (h. VI—VII) *publice* exponet, diebus Martis, Iovis, Veneris.

GUILELMUS ROSSMANN, D. *privatim Historiam Germaniae a Concilio Constantiensi usque ad Pacem Guestphalicam* diebus Lunae Martis Iovis Veneris hora V—VI enarrabit.

ED. REICHARDT, D. 1) *publice de quatuor Aristotelis elementis* die Iovis hora VI—VII docebit; *privatissime* in schola pharmaceutica 2) *Chemiae analyticae* partem alteram bis per hebd. hora IX—X; 3) *Stoechiometriam* bis per hebd. hora IX—X; in schola georgica 4) *Chemiae generalis fundamenta* ter per hebd. hor. X—XI; 5) *Chemiam georgicam* bis per hebd. hor. II—III tradet; 6) *Exercitationes chemicas* in laboratorio scholae georgicae moderabitur.

ARTIUM LIBERALIUM DISCENDARUM OPPORTUNITAS.

Philippus Fridericus Iuſtus Sieber, hippodromi magniducalis magiſter, artem equitandi per aeſtatem diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris horis matutinis VI—XII, poſtmeridianis V—VII, per hibernum ſemeſtre horis matutinis VIII—XII et poſtmeridianis II—IV tradet.

Armorum tractandorum artem publica auctoritate docebit *Frid. Aug. Guil. Ludov. Roux.*

Artem quaecumque corpora et oleatis et aquaticis et ſiccis pigmentis, atque in primis in medicinae ſtudioſorum utilitatem, res anatomicas, phyſiologicas et pathologicas ad naturam delineandi pingendique docebit D. *Erneſtus Schenk*, picturae linearis magiſter publice conſtitutus. Artem pingendi etiam *Fridericus Ries* tradet.

Qui ſonorum ſtudiis nervorumque cantu delectantur, hasque artes perdiſcere cupiunt, iis operam ſuam ſpondet *Guilielm. Stade*, academic. ſymphoniarum praefectus.

Georg. Franc. Adolph. Beſemann artem docebit inſtrumenta anatomica et chirurgica fabricandi.

Ioannes Fridericus Braunau officia ſua offert iis, qui inſtrumenta phyſica conſtruendi artem addiſcere cupiunt; nec minus lentium vitrearum opticarum elaborationem, earumque coniunctionem docebit.

Albert. de Obſtfelder artem ſaltandi docebit.

Joh. Gottfr. Wieſsner, geometra publicus, artem tabulas gromaticas adumbrandi (*Plan- und Situationszeichnung*) docebit.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica libros petentibus in uſus domeſticos quotidie patet hora XI—XII et hora I—II diebb. Mercurii et Saturni.

Hortus botanicus Magniducalis quolibet ſeptimanae die apertus eſt litterarum ſtudioſis.

Laboratorium chemicum inſtituti chemico-pharmaceutici, qui viſere volet, huic inſtituto praefectum adibit. *Collectionum rerum* et *librorum* ad ſtudium pharmacognoſiae, pharmaciae atque chemiae ſpectantium inſtituti chemico-pharmaceutici ſodalibus h. l. q. conſuetis poteſtas facta eſt.

Muſeum mineralogico-zoologicum Magniducale, item *Speculam aſtronomicam Magniducalem* et *Muſeum anatomicum* qui viſere volet, his inſtitutis praefectos adibit.

Muſeum archaeologicum quovis Mercurii die h. XI—I viſentibus aperitur.

Muſeum numorum orientalium Magniducale hora viſentibus commoda aperitur.

Typis Ratii.

SCHOLAE ORDINE CHRONOLOGICO DESCRIPTAE

Hora	*Theologicae.*	*Iuridicae.*	*Medicae.*	*Philosophicae.*
Hora VIII — IX.	Ioann. evang. et epiftt. D. *Rückert.* Epp. ad Rom. et Hebr. D. *Grimm.*	Proceff. criminal. D. *Schüler.* Ius criminale D. *Ortloff.*	Chirurg. theoret. D. *Ried.* Pharmacognof. D. *Schleiden.*	Chem. organ. D. *Lehmann.* Mineral. et Geognof. D. *Suckow.* Mineral. et Geognof. oecon. D. *Langethal.* Chem. general. D. *Artus.*
Hora IX — X.	Theol. dogm. D. *Rückert.* Theol. biblic. Lic. *Hilgenfeld.*	Ius ecclef. D. *Michelfen.* Proceff. civil. D. *Langenbeck.*	Schol. clin. chirurg. D. *Ried.*	Sophocl. Antig. D. *Göttling.* Oecon. national. D. *Schulze.* Exercc. chem. et chem.-phyfiol. D. *Lehmann.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* Hift. graec. litt. D. *Schmidt.* Chem. analyt. p. II D. *Reichardt.*
Hora X — XI.	Vitam I. Chr. D. *Hafe.* Hift. ecclef. p. I Lic. *Hilgenfeld.*	Proceff. concurf. d. Sat. D. *Guyet.* Ius public. D. *Michelfen.* Pandect. D. *Leift.* Encycl. et method. iur. D. *Langenbeck.*	Pathol. et therap. p. III D. *Leubufcher.*	Exercc. chem. et chem. phyfiol. D. *Lehmann.* Paedag. national. D. *Scheidler.* Gramm. lat. compar. ter D. *Schleicher.* Nibelungica D. *Schleicher.* Mathef. pur. D. *Schrön.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* Phyfic. experim. D. *Schäffer.* Chem. general. D. *Reichardt.*
Hora XI — XII.	Introd. in N. Teft. D. *Hoffmann.* Art. homil. et liturg. D. *Schwarz.* Sem. catech. d. Sat. D. *Schwarz.*	Inftitt. D. *Danz.* Proceff. criminal. ter D. *Luden.* Pandect. D. *Leift.* Proceff. civ. D. *Ortloff.* Proceff. crimin. ter D. *Langenbeck.*	Schol. clin. medic. D. *Leubufcher.*	Agricultur. D. *Schulze.* Mechan. analyt. D. *Snell.* Antt. rom. publ. D. *Nipperdey.* Exercc. chem. et chem.-phyfiol. D. *Lehmann.* Technol. D. *Suckow.* Pharmac. D. *Ludwig.* Phytochem. etc. d. Sat. D. *Ludwig.*
Hora XII — I.	Sem. homil. d. Merc. D. *Schwarz.* Hift. papatus ter D. *Vogel.* Epiftt. Iac. Petr. Iud. bis D. *Vogel.*	Art. ex actis refer. ter D. *Guyet.* Ius criminale D. *Luden.* Ius criminale D. *Langenbeck.*	Path. et therap. morb. pfych. D. *Kiefer.* Anthropol. D. *Schleiden.* De morb. ocul. et aur. D. *Schillbach.*	Geometr. fublimior. p. II D. *Snell.* Cic. pro Seftio D. *Nipperdey.* Petrograph. et geolog. D. *Schmid.* Encycl. et methodol. phyf. D. *Suckow.* Palaeograph. bis D. *Schmidt.* Philof. religionis D. *Röfsler.*
Hora I — II.			Zoologiam D. *Gegenbaur.*	Goniometr. et trigon. D. *Schrön.* Exercc. analyt.-chem. etc. D. *Ludwig.*
Hora II — III.	Genefin D. *Hoffmann.* Iobum D. *Stickel.*	Ius priv. et proceff. civil. fax. D. *Heimbach.*	Anat. pathol. D. *Siebert.*	Chem. et phyfiol. forenf. D. *Lehmann.* Exercc. chem. et chem.-phyfiol. D. *Lehmann.* Politicam D. *Guft. Fifcher.* Phytochem. et pharmacogn. chem. D. *Ludwig.* Exercc. analyt.-chem. etc. D. *Ludwig.* Chem. georg. D. *Reichardt.*
Hora III — IV.		Ius haered. D. *Leift.*	Medic. forenf. D. *Schöman.*	Exercc. chem. et chem.-phyfiol. D. *Lehmann.* Geograph. comparativ. D. *Schmid.* Hift. philof. D. *Apelt.* Hift. philof. D. *Cuno Fifcher.* Pfychol. D. *Fortlage.* Analyf. algebr. D. *Schäffer.* Aefchyli Suppl. D. *Schmidt.*

	Theologicae.	Iuridicae.	Medicae.	Philoſophicae.
Hora IV — V.	Hiſt. dogmat. D. *Vogel.* Antiqq. bibl. D. *Stickel.*			Hiſt. noſtri temp. ab a. 1814 D. *Droyſen.* Exercc. chem. et chem.-phyſiol. D. *Lehmann.*
Hora V — VI.				Semin. philol. D. *Göttling* et D. *Nipperdey.* Metaphyſ. et philoſ. relig. D. *Apelt.* Ius nat. D. *Scheidler.* Paedagog. D. *Stoy.* Agricult. D. *Langethal.* Stereometr. et trigon. D. *Schäffer.* Hiſt. German. D. *Roſsmann.*
Hora VI — VII.	Theol. dogmat. bis D. *Rückert.* Examinat. dogmat. D. *Grimm.*	Exercc. pandect. bis D. *Guyet.*	Hiſtiol. D. *Gegenbaur.*	Grammat. graec. D. *Göttling.* Statiſtic. D. *Guſt. Fiſcher.* Aſtron. pract. D. *Schrön.* De electricitate d. Merc. D. *Schäffer.* Hiſt. dramatis Germ. D. *Schnetger.* De IV element. Ariſtot. D. *Reichardt.*
Hora VII — VIII.				
Hora VIII — X.	Sem. theol. d. Iov. D. *Haſe.*			Semin. polit. d. Mart. D. *Guſt. Fiſcher.*
Hora IX — X.	Sem. theol. d. Iov. D. *Haſe.*			Sem. polit. d. Mart. D. *Guſt. Fiſcher.*
Horis poſthac indicandis.	Ramayan. et Mahabh. D. *Hoffmann.* Ling. aethiop. D. *Hoffmann.* Sem. theol. D. *Hoffmann* et D. *Rückert.* Exam. dogmat. d. Sat. D. *Grimm.*	Semin. polit. D. *Michelſen.* De ord. iud. priv. Rom. D. *Danz.* Ius germ. priv. et ius mercat. D. *de Hahn.* Exercc. criminal. D. *Ortloff.*	Exercc. phytotom. D. *Schleiden.* De morb. cerebri et medull. ſpin. D. *Leubuſcher.* Curſ. ophthalmoſc. D. *Schillbach.* Repetit. chirurg. D. *Schillbach.* De morb. infant. D. *Siebert.*	Praedior. aeſtim. D. *Schulze.* Exercc. oecon. D. *Schulze.* Ling. arab. D. *Stickel.* Sem. orient. D. *Stickel.* Societ. hiſt. D. *Droyſen.* Exercc. cryſtall. et chem.-min. D. *Schmid.* Converſat. philoſ. D. *Apelt.* Aeſthet. D. *Cuno Fiſcher.* Hiſt. philoſ. recentiſſ. D. *Cuno Fiſcher.* Hodeget. D. *Scheidler.* Sem. polit. D. *Guſt. Fiſcher.* Sem. paedag. D. *Stoy.* Climatolog. D. *Langethal.* Hiſt. Germ. natural. D. *Langethal.* Hiſt. oecon. D. *Langethal.* Pharmaciam D. *Artus.* Technol. chem. D. *Artus.* Fund. agric. chem. D. *Artus.* Exercc. chem. D. *Artus.* Pathol. et therap. compar. D. *Falke.* Anat. et phyſiol. animal. domeſt. D. *Falke.* Art. ungul. calc. D. *Falke.* Operatt. vet.-chir. D. *Falke.* Societ. pharm.-phyſ. d. Lun. D. *Ludwig.* Exercc. math. D. *Schäffer.* Exercc. chem. D. *Reichardt.*